Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 155v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



missè iam finem rebus humanis orbique terrarum. Illa est ciuitas quea dhuc
sustentat omnia. precandusque nobis & adorandus est deus celi: si tamen statu
ta eius & placita differri possunt: ne citius: q̄ putamus tyrannus ille abhō
nabilis veniat: qui tantum facinus inchoatur. ac lumen illud effodiat: cuius
interitu mundus ipse lapsurus est: Nunc ad cetera exequenda redeamus
que deinceps sequuntur sunt:—

XXVI. Oximus paulo ante in principio regni sancti fore: ut a deo princeps
demonum vinciatur. Sed idem cum mille anni regni hoc est septe
milia cepernt terminari: soluetur denuo & custodia emissus eri
bit: atq; omnes gentesque tunc erunt sub ditione iustorum. concitabit: ut
inferant bellum sancte ciuitati. & colligetur ex omni orbe terre innumabil
populus nationum & obsidebit & circundabit ciuitatem Tunc veniet nouissi
ma ira dei super gentes & debellabit eas usq; ad unū. ac primū concuiet
terram q̄ validissime. & a motu eius scindentur montes syrie: & subsi
dent colles in abruptum. & muri omnium ciuitatū concident. & statuet
deus solem triduo: ne occidet: & inflammabit eum & descendet minius
estus & adustio magna sup perduelles & impios populos & imbres sulphuris
& grandines lapidum & guttę ignis & liquescent spiritus eorum in caloe
& corpora conterentur in grandine: & ipi se inuicem gladio ferient. &
replebuntur montes cadaueribus: & campi opientur ossibus: populis ante
dei tribus illis diebus sub concauis terre occultabitur: donec ira dei adūsus
gentes & extremū iudicium terminetur: Tunc exibunt iusti de latebris
suis & omnia inuenient cadaueribus & ossibus tecta. Sed & gentes omne
impiorum iudicatus interibit. nec erit in hoc mundo ulla iam natio am
plius preter solam dei gentem: Tum p annos septem ppetes intacte erāt
siluę. nec excidetur de montibus lignum Sed arma gentiū comburentur:
& iam nō erit bellum. sed pax & requies sempiterna: Cum vero completi
mille anni renouabitur mundus a deo. & celum complicabitur & terra mu
tabitur. & transformabit deus homines in similitudines angelorum & erunt
candidi sicut nix. & uersabuntur semp in conspectu omnipotentis. & domino
suo sacrificabunt. & seruient in eternum: eodem modo fiet secunda illa & pub
lica omnium resurrectio: & in qua excitabuntur iusti ad cruciatus sem
piternos: Hi sunt: qui manufacti coluerunt Qui deum mundi ac pente
uel nesciuerunt vel abnegauerunt: Sed & dns illorum cum ministris suis co
prehendetur. ad penamq; dampnabitur Cum quo pariter omnis turba im
piorum pro suis facinoribus in conspectu angelorum atq; iustorum ppetuo
igni cremabitur in eternum: Hec est doctrina sanctorū pphārū: quā xpi